Confusioni igitur obstinatione iugēs
ipā etiā se occuluit die et nocte inse-
cuta. tertio notū iter carpēs. modo
quo diximus itidem reuocatur. Cumque
iam tedio victus se tertio sopori in cāpo
dedisset. a quibusdam equū cognoscentibus
captus est. et loco suo restitutus. Et quia
effectū volūtatis sue nō inuenit. etiā
nolens sancti viri virtute victus. ad viam
peruenit. Solent autem plures testari pu-
eros qui de familia ipius sancti aufugiunt.
aut emendationē quantocius subire. aut
manifeste vltioni debere succumbere.
neque cuiquā impune cedere. qui fidē
illi plenam seruare contempserit.
27 Quod dominus flagello suo quosdam
aptius coerceat. et promissis
affligat. testis est paraliticus. cui ante
sanationē saluator peccata dimittit. Sic
aut aliquando punit. ut eos sanctorum suorum
meritis suffragantibus sanitati resti-
tuat. ut et diuine operationis sit indiciū
cū interius homo per flagellū correcto
compensatur. et virtus sanctorū liquido
comprobetur. cū illorū meritis exterius
sanitas exhibetur. Fit etiā interdū. ut
qui dei occulto iudicio nō vni sed pluribus
infirmitatibus subiacet. nō pariter omnia
sed diuersis temporibus et intercessoribus
debilitatis amittat incomoda. ut dum
alicuius remediū mali primus merita
sancti concedit. redintegratio sanitatis
alterius patribus et honori seruetur. Quarū
omnium rerū euidens indiciū dabit subiecta
narratio. Quidā violencia fulminis
ictus. post egrotationē diuturnā. ita
totius formā corporis et membrorum
officia perdidit. ut monstruosū quiddā
potius quā hominē videretur exprimere.
Sibi quidē et statura flebili contractione
deposita. et gradiendi facultas ablata
est. Facies vero tota combustionis est
feditate corrupta. et oculorū sedes ita
sunt carne et cute superductis conplanate.
ut inspicientibus horribile ingereretur
miraculū. Adminiculo igitur parentum
romā perductus. corporis quidē reliqui
resolutis nexibus. pristinū vigorem
recepit et statū. in cecitate autem squalore
permansit. Is a suis reductus. cū ad cenobiū
beati galli venisset. et quādā dominica
nocturnis laudibus interesset. sopore de-
pressus. quasi duas ardentes sagittas
ab altari vidit emissas. et sibi in oculorū
loca defixas. Statimque tota visione per-
territus exclamauit. et tremēs ad terrā
concidit. Cumque diu in pauimēto volu-
taretur. cute que oculis supercreuit. velut gladii
sectione recisa. continuo de luminis amissi
restitutione gauisus est. Tempore deinde
procedente oculorū eius acies tam pura
inspectantibus apparuit. ut pueri perspi-
caces vincere videretur obtutus. Potuit
quidē ut indubitanter credimus ille apostolorum
eximius. cui a domino ligandi atque soluendi
potestas collata est. meritis et precibus
suis omni eum debilitatis genere liberare.
sed diuine prouidencia virtutis constat
actitatū. ut in eiusdē nouitate miraculi
venerabilis gallus apostolicis acti-
bus equaretur. Quatenus hoc quoque modo
meritorū eius magnitudo clarescerct vniuersis.
28 Insequenti quoque dominica surdus quidam
et mutus multorū ibi fratrum cognitione
notissimus. utpote quidē monasterium
solitus fuerat frequentare. cū nocturnis
interesset excubiis. repente impulsu va-
lido in pauimentū deiectus est. Statimque
cū ab eius ore et auribus plurimus sanguis
procumperet. sine mora vtriusque me-
mbri munia recepit. et sanguis abscessit.
29 Videtur huic operi inserendū quantū
dei famulus inuigilet ad eorū res
defendendas. qui eius suffragia deuote
postulare contendunt. Puer quidam qui
postmodū corpori eiusdem congregationis
insertus. hec eadem attestari solebat. Cum
adhuc primeue etatis flore gaudens.
inter scolasticos monasterii cuiusdam dominice
noctis sollempniis interesset. quidā ciuiano
territorio mansionē eius irrupit. ipiusque
codicem et quicquid imbi reperire poterat
furatus abscessit. Puer de basilica rege-
ssus. dampnū quod illatū est. largo fletu
perdoluit. Porro fratri ipius foras mo-
nasterium posito. senex quidā eadem
nocte vultu placido in somniis assistēs.
cuncta que erga puerulū acta fuerant
indicauit. Nomē etiā furis. locumque
vbi commoraretur edixit. tempus pariter
eiusdē depromens. Ille fidem visioni
accommodans. monasterium regressus.
quod in somniis audierat factū inuenit.
Moxque indicia que perceperat

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 16v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/16v)